Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo
arendavit et in Arendam locavit ac modo arende inscribit
et cum praesentibus Arendat ac modo arendatorio inscribit dat
et admittit eidem Bilinski eiusque ex nunc Coram officio praesenti
in bona praedicta arendata realemque intromissionem ac actualiam
pacificam possessionem per Mensem Pallatati Russie ? inter
quemvis ? iuris formam Dominum ipsum Stefko Bilin-
ski eiusque Successores bona praefata Arendata cum omnibus ut
supradictum est iure dominio et proprietate tenenda habenda
pacifice possidenda ac pro usu suo et Successorum suorum meliori
et utiliori convertenda usque ad festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proxime et immediate venturum et non ultra.
Et similiter Coram officio praesenti Stans personaliter Nobilis
Stefko Bilinski a Terris Districtibus Iuribusque suis quibus
inscriptis ac foro competenti recedendo sua praesenti Iurisditi-
oni quo ad hunc actum attinet incorporando Sese mentem et corpo-
re expresse palam recognovit Quia bona praefata non pre-
misso sibi Arendata non alio iure et modo tenebit et possidebit
nisi modo rigore praesentis Arende ad festum Conversionis
Sancti Pauli Apostoli proxime venturum et non ultra post ex-
pirationem vero huiusmodi temporis Arende bona praedicta libere
dimittet In quo praefatus Stanislaus Michalowski tanquam
in bona propria inequitabit Successoresque inequitabunt nullamque
propter violentiam facit et facient Quod ut in hoc firmatum est.

Choczimski quietat
Solziczki

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Prze-
misliensibus personaliter stans Generosus Stanislaus Choczimski de Ma-

gna Choczim a Pallatinatibus Terris Districtibus Iuribusque suis
quibusvis praescriptis ac foro competenti recedendo sua praesenti Ca-
strensi Przemisliensi Sese cum Successoribus bonisque suis omnibus quo ad
actum hunc attinet incorporando et subiiciendo Sanus mente et cor-
pore expresse palam ac per expressum recognovit Quia
a Nobili Petro Solziczki Summam Centum et Octuaginta
florenorum pecunie monete Polonicalis debiti erecti ipsi per eundem praeterita
scriptis Actis Castrensibus Rawensibus solvi inscriptam pecuniam ?
Ratha totaliter et in effectu recepit ac manibus levavit Ratio-
ne cuius receptionis et levationis summe praedicte cum Ratha eunde-
m Solziczki quietat liberumque ac immunem cum suis Successori-
bus facit et quietat perpetuis temporibus labori omnibus quibus-
que facit et quietat perpetuis ? Actis
fatis Castrensibus Rawensibus quo ad reliquas rathas contineat
cum omnibus eiusdem Conditionibus punctis clausulis et articulis
in omni robore et vigore valorem in toto reservando Quod ut in
firmatum est.

Popieliowski arendat
Thureczki

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Przemisliensibus
personaliter stans Nobilis Thimko Popielowski Holodrub.
a Terris Districtibus Iuribusque suis quibusvis praescriptis ac
foro competenti recedendo sua praesenti Castrensi Przemisliensi
Iurisditioni Se cum Successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum
hunc attinet incorporando et subiiciendo Sanus mente et corpore
expresse palam ac per expressum recognovit Quia Nobili
Sienko Thureczki et suis Successoribus bona tenutae sue
videlicet duos Cmethones dictos Ihnatus Michaliowicz et Huzma